2074 'basis ingens superne abrupta in oppido Pratica, ubi olim Lavinium' FABR. Extat Praticae inverse posita.

ROM
IVN · PRISCILIANVS · MAXIMVS
V · C · CVR · LAVR · LAV ·
DIC · N · M · Q · EIVS

Descripsit Detlefsen, vidi ipse. Fabretti 334, 499; Vulpi Lat. 6 p. 116.

1 dedi ut excepit Detlefsenus; ROMAN habet Fabrettius; ego non vidi nisi R, reliquis humo latentibus.

Cum ab eodem Iunio Prisciliano Maximo habeamus titulos n. 2075 et n. 2076 dedicatos Constantio et Galerio, haec videtur fuisse dedicata aut Diocletiano aut Maximiano.

2075 basis marmorea. In oppido Pratica FABR. VVLP. ibique extat. — S. l. PANV.; sed apud LIGORIVM adnectitur ad n. 2070.

D · N · FLAVIO · VAL
CONSTANTIO
FORTISSIMO · AC
BAEATISSIMO · CAES
PRINCIPI IVVE*NTVTIS*
IVN PRISCILIA*NVS*
MAXIMVS · *V · C*
CVR · LAVR · LA*V*
DIC N M · Q · EIVS

Descripsi post Detlefsenum ex vv. 5—9 ea quae dantur litteris rectis. Eosdem versus, sed praeter v. 5 in fine plenos, descripserunt Fabretti 682, 69 et Vulpi 6 p. 117 (inde Mur. 368, 3). Integra legitur inscriptio in schedula solitaria inter Panviniana cod. Vat. 6035 f. 36' et apud Ligorium ms. Taur. vol. 10 s. v. *Laurentum* (inde Gudius ms. 1649, 1, ed. 94, 9). — 4 BEATISSIMO Lig. — CAES om. Panv. — 5 IVVENTVTIS Panv. Lig., IVVENT Fabr., IVVEN... Vulpi.

In latere intuenti sinistro relictus est titulus antiquior n. 2083.

2076 basis marmorea. In oppido Pratica FABR. et adhuc.

D · N · GALERIO · VAL ·
MAXIMIANO ·
FORTISSIMO · AC ·
BAEATISSIMO · CAES ·
PRINCIPI · IVVENTVTIS ·
IVN · PRISCILIANVS · MAXIMVS
V · C · CVR · LAVR · LAV
DIC · N · M · Q · EIVS

Descripsit Detlefsen, recognovi ipse. Ligorius Taur. vol. 10 s. v. *Laurentum* (inde Gudius ms. 1648, 4); Fabretti 682, 68; Vulpi Lat. 6 p. 100; Nibby *viaggio* 2 p. 264, *analisi* 2 p. 227. Orelli 1063.

2077 basis marmorea. Praticae.

ego:	*Ligorius:*
CAECILIAE · Q · F	CAECILIAE Q · F
FI /////////	PHILETE · VIRGINI
reliqua evanuerunt	MAIORI · REGIAE
	LAVRENTIVM · LA
	VINATIVM · Q
	CAECILIVS · PAPI
	ON · PATER · FILIAE

Descripsi initium, nescius tum multo plura exhiberi a Ligorio ms. Taur. vol. 10 s. v. *Laurentum* (inde Gudius ms. 1504, 6, ed. 118, 5). V. 1 descripsit etiam Vulpi Lat. 6 p. 119, eadem quae ego excepit Detlefsen.

Quamquam Ligorii aetate multo plura legi potuisse in lapide quam nunc facile concedo, tamen textum plenum a Ligorio exhibitum totum verum esse vix crediderim. Suspicionem movet potissimum *virgo maior regia*; quod Italice magis videtur esse dictum quam Latine. [Potest fortasse defendi virgo Vestalis maior (nempe ut duae solae fuerint Lavinii, non sex, ut Romae) quae sacrum fecerit in regia Lavinii TH. M.]

2078 Praticae basis marmorea inverse posita ita, ut vv. 1—4 sub terra lateant.

A N
LVPO C V CONSV
*L*ARI SACRAE VRBIS
*RE*GIONIS IIII CVR
LAVRENTVM LAVIN
VAL COMMAGENVS
PVLLAENIVS MARTIALIS
AELIVS BENEDICTVS
AEMILIVS EVTYCIANVS
AVR · FORTVNIVS
CAESIVS · DVLCITIVS · V · V · E · E
PATRONO · DIGNISSIMO · CVRR
R

Recognovi descriptam a Detlefseno. Vulpi Lat. 6 p. 118 (inde Mur. 716, 2); Nibby *analisi* 2 p. 237.

Vv. 1—4 per multum tempus sub terra latentes et a me demum effossi admodum male habiti sunt; ante me eos descripsit solus Vulpius. — 1 om. Vulp. — 3 in. mihi videbatur evanuisse una littera; CONSVL|ARI Vulp., littera L cum v. 2 coniuncta. — 4 REGIONIS Vulp.; ego primam litteram et secundam evanuisse, tertiam fuisse aut C aut G in re praesenti adnotavi. — IIII ego, adnotans num fuerit IIET posse dubitari; IIIII Vulp. — 12 fin. CVR Vulp., CVRR Nibb., CVRR R ego, CVRR PR Detl.

2079 Lavini fragmentum novissime erutum grandioribus et perpulchris notis.

SECVN . . . . .
SIMIL. . . . .
LAVR. . . . .
DE SVO PO. . . . .

Vulpi Lat. 6 p. 118, qui vidit.

2080 basis marmorea litteris saeculi tertii vel quarti Romae in hortis Iustinianeis PRIORES OMNES, in museo Vaticano NIBBY. Ibi extat (*Gall. lap.* mag. IV). — Rep. Laurenti HENZ. sine auctore.

VALERIO FRVME
NTIO · V · P · PATRO
NO ET DEFESORI
ABITATORI CIBITATIS
QVI POS MVLTVM sic
TEMPORIS AEDITIO
NEM DEBOTIONIS
RENOBABIT ET ITE
RABIT PROMERI
TV *Munifice*NTIE
SVE ORDO CIBES
QVE LAVRENTVM
L · L ·

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Gudius ms. 459, 1; Ptolemaeus sched. Sen. 1, 5; Fabretti 280, 178; Hispanus ignotus apud Montfauconium cod. Par. 1293 f. 152; Bianchini Veron. 348 f. 25 qui vidit a. 1715; Seguier ms. Paris. f. 95; Marini ms. Vat. (inde Mai script. vet. nov. coll. 5 p. 289 n. 3); Zoega ms.; Nibby *analisi* 2 p. 228; Henzen syll. n. 7087.

6. 7 fortasse voluit *editionem debitionis*, i. e. *debitam*. [Immo est editio in honorem imperatoris ideoque cum devotione coniuncta TH. M.] — 10 tertia littera videtur fuisse M, unde supplevi. — 13 fortasse *Lavinatium*.